

Theodorus Beza D. Davidi Pareo S. De Ho 1600.

1)
Etiam si Vir eximie, et summe observande frater, non essem literis tuis ad reddendum tibi, de filio tuo Philippo ad te redeunte, testimonium provocatus: mihi tamen religio fuisset tam certam tibi de rebus nostris scribendi occasionem prætermittere, quod tamen paucis facere cogor, minime quidem morbo detentus in lectulo, sed, ta totus domi languens, incredibili penè omnis cibi fastidio, ut penè nec ipse mihi, nec amicis irarè, nedum, ut aliquas muneris mei partes obire possim, minime tamen neglectis profus studiis domesticis, quantum languor iste patitur. Tu verò, quæ, mi frater, per geme unà cum venerando toto vestro Collegio precibus per petuis apud clementissimum Deum et Servatorem nostrum commendare, attandem in illum optatissimum portum appellam, ad quem ipsius bonitate et misericordiâ singulari factus contendo. De communi autem, ius civitatis et Ecclesiæ statu, hoc unum tibi nunc pro certenuncia, re possum, quod antea quoque istuc scripsi, nempe perstare nos adhuc illo admirabili Dei et Servatoris nostri iunius præsidio, atq; adeo tolerabili adhuc, quodadmodum vicinum perpetuo nobis immincentem attinet, et satis placido statu: sed ita incerto, ut amicorum precibus, si unquam aliàs, nobis sit opus: Gallo quidem rege illius conatibus et sollicitationi minime obsecuto, & quantum adhuc conicere possumus, quàm optimè in nos properat: sed tam varijs consilijs domi exagitato, & non paucis minime in nos benevolis consiliarijs, utente, ut vel ipsa nos necessitas huc totos impellat, ut ab unâ custodis illius providentiâ & bonitate pendeamus. Ceterum si tibi dabitur sacra Chronologia aurationem edere, quod non dubito, quin boni et veritatis in his quoque rebus historia cognoscenda cupidi jam pridem expectant, opera precium feceris, et magno certe beneficio totam Ecclesiâ tibi devinxeris, quantum quidem ego iudicare possum, DEUM OPT. MAX. precatus, re frustra istud tibi in mentem venerit. Georgium autem, minorem natu filium tuum, non jam totum tuum, sed etiam nos tam scito tam charum jam esse, ac porro etiam futurum nobis hic

omnibus, et mihi quoque, speciatim, quàm et frater na nostra conjunctio
requirit, et muneris etiam nostri ratio exposcit. Anem autem illum
verè rabidum puto digniorem esse, quem nullus, nisi i fortasse tyrannus
aliquis scholasticus responso dignetur, quàm maledere ulli
modo labores, vel hanc unam ob causam, ne, quod isti unice captant
scripti tandi, & totidem blasphemias, quàm apologias multiplicari
ocasio illis præbeatur: tui tamen sit iudicii, quid hæc facti sit
opus, dispicere, propter varias occurrentes in hac deliberatione circum
stantias, quarum habenda quoque est ratio. Verendum totum ve
strum collegium cupio quàm officiosissime me, et nostri quoque col
legij nomine ab te salutari ac præsertim D. Testamento nostro, qui
cum istas tibi communes, esse velim, DEUM OPTIMO MAXIMO precor,
mi frater, ut tibi sanctisq; tuis laboribus magis ac magis quàm cum
latis sine benedicat. Geneva 10. Aprilis. 1600.

2) David Pareus Filio suo charissimo
Philippo Pareo Salutem.

Mirum nū tibi Boreas ad Lemannum calamos et chartas o
maes discerpit in isto tam diuturno silentio tuo. Inde à Ca
leidis Septemb. exacti seculi vix unes tuas accipi, earq; perbre
ves, quibus quidem tu me ad alias prolixiores. De statu tuo per
necio quem data remittebas. Ego nec hominem vidi hæc tenes, nec
litteras. Sic igitur et tuas, et quas scribebas adjunctas Veneran
di D. Beza, nec non Charissimi Viri D. Fay, mihi perisse
intelligo. Lucubrationem meam Chronologicam tibi totis
es efflagitatum diger tam nunc mitto. Non curiositas est
hæc questio, aut otio tantia: sed usus et studij maximus. Ut enim
tem hæc meâ opellâ pro Silo, vel saltem pro Scipione, ubi aliquando
labyrinthos Chronologicos subire voles, incideas in infinitos recessus
Artificum quidem iudicium sequite malim, qui se in tempestem calca
lo exercitatos profitentur. Quis enim mundi Chronologiam Funius
construxit uberius? quis Mercatore acutius? quis Bibliandro dili
gentius? quis Scaligero eruditius? quis Buesolcero, silesia nos